

J.

Illustris, doctissime, ac celeberrime Domine  
Domine!

Perhumanas Tuas Illustris, ac eruditissime Domine litteras magno cum animi sensu legi. Scriptorum immortalis Regleri nostri salum doleo, utinam tantum suppeteret animi, quantum desiderij mihi est equalitatem horum scriptorum procurandi, primum me haberes, qui hoc me bearem thesauro; dabo itaque operam, ut datis Tuis ad eruditissimum Hollandicum nostrum literis, meo suffragio pondus aliquod addam.

Eximium Tuum erga abbatem Societatem affectum maximi me favore persuasum se velim, et cum mihi eo loci versanti, ubi bulla abolitionis recepta est, sub gravi precepto in bulla contento prohibitum sit, impugnet scribere, vel aliam loqui de hac suppressione, deque eius causis, et motivis, et de pensionem Societatis ipsa relinquere cogimur, qui vinculis bulla non prohibentur, ejusmodi sunt viri doctissimi, atque agritatis amantes earum Regionum, in quibus bulla haec aut acceptata non est, aut neque acceptari potest. Quum itaque Tu Vir Illustris, ac doctissime extra minima bulla positus eam possides rerum Societatis notitiam singularem, qua contenta bulla penitus prospicere valeas, satis tibi erit, bullam hanc legere, eamque cum bulla Clementis XIII Anno 1765 edita, et cum Lentinijs Conatij Episcoporum Gallia, occasione ultima expulsi Societatis celebrati, atque cum bullis Papatum ab Anno 1570 hucusque in causa Societatis editis conferre.

Bulla ergo Clementis XIV Societatem tollit, sed num putas vim bullae perpetuam fore? Si mentem exquiras Politicorum, audies, ab eadem domo Bourbonica, quae suppressionem Societatis per bullam impetravit, Societatem postliminio restituentiam atque abrogationem hujus bullae procurandam esse; haec nempe sunt fata Societatis, ut in Tuis litteris optime observasti, eam, quo magis preta fuerat, et eo gloriosius, et firmiter resurrexisset, quam resurrectionem non sine fundamento plurimi praesagunt, quemadmodum in ipsa bulla refertur factum cum ordine Clericorum Regularium Sacerdotum Scholarum, quos Pianistas vocant. Vale, et me nominis Tui celeberrimi studiosissimum amore prege.

Dabam Vindobonae die 14 Sept.

Maximilianus Hell, S. I.

1773.

R. 6 Oct.





*Faint, illegible handwritten text in brown ink, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to fading and the paper's texture.*



†  
Reverendissimo, Illustri, ac celeberrimo Domino  
Domino de Murr Urbis Noribergensis  
Patricio. Domino mihi plurimum colenda.

Noribergae.